



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De iis, qui fuerunt insani, aut energumeni, non ordinandis. Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

*dicī consueverunt. Ego ita sentio, cum omnia, quæ in his Canonibus sunt, recte expensa, & accurate recognita erunt, nihil fortasse reperietur, quin probatum & magna illa Synodo Nicæna dignum appareat. Sed satis hactenus præfati sumus: reddamus iam Canones Nicænos, quibus, cum opus esse visum est, annotationes quasdam adhibuimus.*

## CANONES.

*De iis, qui fuerunt insani, aut energumeni, non ordinandis.*

### CAPVT I.

**I**VBEMVS, vt insanus non fiat clericus, nisi cum lægrotauit, & opus fuit calidam medicinam facere, vnde in melancholiam incidit. huius insanix cum non sit causa in ipso, neque sit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire. Quare iubemus, vt dæmoniacus non possit admitti ad clerum.

33. c. Maritum. c. communiter. c. clerici, 15. qu. 1. c. fi. Can. apost. 78. Concil. Aurel. c. 16. Quia in eo qui fuit energumenus, semper suspecta est *αἰσθησία*, vt Dionysius Arcopag. vocat, id est, mollitia animi, quæ fecit, vt idem ait, vt iste terroribus dæmonis succumberet, idcirco non potest ordinari. Similis suspicio est redeuntis ad insaniam, cum non ex accidenti, vt febri, vel medicina calida extitit causa, sed ex ipsius natura.

*De seruis non ordinandis.*

### CAPVT II.

**S**i quis fidelium fuit seruus alicuius gentilis, a quo diligebatur, quia fideliter & diligenter res domini sui custodiebat; postea vero, quia dura seruitute premebatur, inuito domino recessit; non potest iste admitti ad clerum nisi a domino libertate donetur, & sit iudicatus dignus.

Dist. 94. c.  
nullus. c.  
nulli. &  
multa alia  
c. ibid. de  
eadem re.